

# Excelsum Consilium Locumtenentiale Regium


## Domini Domini Gratosissimi Colendissimi.

Gratiosum Excelsi Consilij Locumtenentialis Regij una cum adoluta  
Oppidi Zentes Incolarum Helvetica Confessioni addictorum  
pro concedenda Oratorij ex solidis materialibus destructione  
Suppliantium Instantia Copia Intimatam de dato 27<sup>o</sup>  
elapsi mensis Maij debito cum venerationis cultu percepit, quo  
mediante Gratiōsē mihi demandare dignabatur. Idem Excelsum  
Consilium Locumtenentiale Regium, ut quandonam pro habitum  
Oratorium constructum habeatur; a quo tempore exercitium  
ibidem rigeat, quibusve sumptibus, an non fundum contribu-  
tionalē lasuris novi Structura intendatur? investigarem,  
desuperque, prouti et super legalitate ipsius exercitij quali-  
ter comperta, genuinam, et circumstantiam informationem  
meam submitterem. Quemadmodum autem ex eo, quod in memoratum  
Oppidum Zentes nec in Diocesi mea, nec cura, et moderationi  
mea concredito Comitatu situm sit, adeoque in illud nulla  
omnino jurisdictione mihi competit, non imerito conjicio,  
Excelsum Consilium Locumtenentiale Regium hui forte erro-  
nea opinione: quasi Oppidum Zentes in mea et non Vaciensi  
Diocesi existeret, ad supra attaciam investigationem mihi de-  
mandandam inductum fuisse; Hinc emanatum hui in parte  
ad me gratiosum mandatum ob allegatam deficientis nimirum  
jurisdictionis causam humillime deprecandum duxi, nisi forte  
ratione vicinitatis Excelsum Consilium Locumtenentiale Regi-  
um me pro commissario eatenus specialiter deputare dignaretur.  
Quamobrem dum hoc in papku ulterius gratiosum mandatum  
humillime prestolor, illud solummodo hic silentio preterire haud  
volui: me videlicet, si Oratorium accolarum Helvetica Confessio-  
ni addictorum, quos in oppido meo Masso habeo, desolatum fu-  
isset, vigore Benigne Resolutionis Regie circa loca non arti-  
cularia eatenus emanata in ejusdem destructionem ne ex cru-  
dis quidem, multo minus solidis materialibus pro parte mea  
esse consensurum. Qui de reliquo sub humillima mei comenda-  
tione perseverero.

### Excelsi Consilij Locumtenentialis Regij

Temesvarini 1700.  
die 10<sup>ma</sup> Junij

Servus humillimus  
Com: Ant: Eng: Epus Sandifff:



10. Junij. Gent 21 Junij 1760  
23 Epis. Secundus  
1760.

Episcopus Canadiensis  
Intimatum 22<sup>o</sup> May, Circa  
Oratorium appud Genes Zepa-  
zari petitum expedita respon-  
det oppositum illud in Dioces.  
Valerius ex istere, una infor-  
mando & maloizense Acath-  
ticorum oratorium destructum  
fuerit, ob non articularem locum  
illius reparacionem nec ex eundis  
materialibus se admitturum

Csizáros levéltár  
C szekció

22. May. N. 2

K +